UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Baptiste Mantuani vatis presta[n]tissimi diuinu[m] secu[n]de Parthenices opus

**Baptista <Mantuanus>**

**Colonie, 1519**

Fratris Bap. Man. Carmelite Theologi ad magnificu[m] D. Bernardu[m] Bembu[m]. patriciu[m] Venetu[m] [et] iureco[n]sultu[m] peritissimu[m]. Secu[n]da parthenice incipit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71304

Visual Library

# Fratris Bap. Man. Carmelite

Theologi ad magnificū D. Bernardū Bembū. patriciuꝫ Vene/tū ⁊ iurecōſultū peritiſſimū. Secūda parthenice incipit.

Coſtidis aggeſſi pugnam. tormenta. rotaſqꝫ
Atqꝫ triumphato victricia bella tyranno
Detegimus fraudes. ⁊ numina falſa deorum
¶ Sācta faue virgo tenuē cui carminis orſum
Panginus. ⁊ vento venias ad vela ſecūdo
Ueridicos cantus nō ex helicone vetuſto
Porrige. ſed chriſti ſacris de fontibus hauſtos
Da mihi non hedere. non lauri vimine textam
Sed qualem tu diua geris de fronde coronam
Arboris eoe. medio quam legimus horto
Spargere felicem ramis vitalibus vmbram
Et paradiſiaco nobis aſpiret ab orbe
Uera dei ſoboles eterna potentis patris
¶ Orbe ſoporato tellus egyptia noctem
Roriferam induerat. merſuſqꝫ ſub equore titan
Heſperio celi nitidos accenderat ignes
Et niger attollens humentem ſcorpius ortum
Stringebat iam rura nouis effoeta pruinis
Cum iouis imperio volucres cyllenius alas
Sumpſit. vt ex toto veteres memphitis in agros
Cogeret orbe deos. qui maieſtate relicta
Jam ſua cedebant noſtris altaria ſacris
Jnuitaqꝫ iugum Chriſti ceruice ferentes
Nulla dabant reſponſa palam. ſed ceca malorum
Semina iactabant. tacitoqꝫ in pectora lapſu
Jntrantes humana. dolos ⁊ operta venena
Gentis ad excidium noſtre inſpirare ſolebant
Quale per inſidias gerit inter ouilia bellum
Nocte lupus. facta pedibus ſcrobe limina ſubter
Tunc ferus auſonijs mauors noua gentibus arma

Suadebat. ferrūqꝫ graui verſare tumultu.
Ocia lucanis dū Maximianꝰ in hortis
Ducit. ⁊ in regem dū res romana reuerti
Cogitat. extinctis regni ꝯſortibꝰ vnum.
Tūc hecates motꝰ furijs Maxentius artes
Vertit ad magicas. veterūqꝫ ad ſacra deoꝝ
Inſtaurat delubra. nouus ſcrutatur aruſpex
Exta. ſcelus tentat. quo nō crudelius vllum
Legimus a prima naſcētis origine mūdi
Viuentū grauidas matrū ſecat enſibꝰ aluos
Immatura trahens ſtygijs que deſtinet aris
Pignora funeſtus docuit proſerpina ritus.
Inuida creſcentis fidei ſucceſſibꝰ omnem
Heresibꝰ ſanctam legem tritonia pallas
Implicat. ⁊ veris fucat mendacia dictis.
Mixta choris iuuenū venꝰ illecebroſa repugnat
Virginibꝰ ſacris. moreſqꝫ irridet honeſtos
It veneri Bromius comes. ⁊ Silenus. ⁊ ipſe
Caſtra inamillonie vino redolentia bacche
Atqꝫ dioneos furtim per tecta liquores
Jam ſine pampineis thyrſis ⁊ lyncibꝰ euan.
Mittit. ⁊ occultos accendit in edibꝰ ignes
Inuoluebat opum ſtudijs ſaturnia Juno
Corda virū gēmis. fuluiqꝫ numiſmatis aura
Merce peregrina. tunicis ardentibꝰ oſtro.
Sollicitās animos hominū. priuatꝰ olympo
Phebꝰ ⁊ ignifero curru. pice nigrior atra
Verſus in ethiopē. fidibꝰ ſpoliatus. ⁊ arcu
Daphnea ſine fronde miſer per menia noctu
Ibat. ⁊ ablatū virus phytone perempto
Qđ magnꝰ ſeruabat onyx ſpargebat in ipſos
Nobiliū thalamos. quo corda imbuta malignis
Artibꝰ armabāt aīos. hinc orta libido

Imperiū ⁊ curis rabies accenſa ſuperbis
Regnādi cupidos facile in ſcelus om̄e trahebat
¶ Talib⁹ addictos operis Cyllenius vrget
Ad meſti iouis ire domos memphitica regna
Eſt locꝰ egypti bifido qua flumine Nilus
Delta facit. Nilus cuius celeſtis origo
Regna ꝑ ethiopū fugiēs orientis ab hortis
Ingreditur pharios ſeptena ꝑ hoſtia fluctus.
Nō ꝓcul eſt Styx atra palus. vbi ꝯdidit Io
Inachis inuentū fratrē Typhonis Oſirim.
Edita nō procul eſt in collib⁹ ora ſupinis
Pyramidū regio. quaꝝ precioſior orta
Dicitur a rhodope. cuius preſtantia forme
Tot congeſſit opes vt nobilitate ſepulchri
Vicerit ⁊ reges ipſos. Hic Iuppiter olim
Clarꝰ ⁊ ignipotēs. poſito modo fulmine pauꝑ
Squallidus ⁊ torua demiſſus lumina fronte
Demonas aduectos anguſto ſuſcipit antro
Atq; ſub exeſa ſcabri teſtudine ſaxi
Cōſedere ſolo. Tunc ſic eſt iuppiter orſus
¶ Numina que toto terre regnaſtis in orbē
Nō ſatis eſt noſtro qđ nos galileus honore
Exuit. in tantas auſas prorumpere fraudes
Nō ſatis eſt pueris etiā ꝯtemnimur. omnes
Nos impune premūt. in nos ꝯuitia iactant
Caupones. mimiq; leues. ſcurreq; loquaces
Falſidicoſq; vocant. Ergo hec indigna feremꝰ?
Nec totiens leſi ſemel vlciſcemur? inertes
Sic ſumꝰ vt viuos nos nō intelligat hoſtis?
Nos periiſſe putant. defunctaq; numina vita
Vulgꝰ ait. Tēpus veniet cū turbine tanto
Chriſtigenas aſie regnis libyeq; fugatos
Inuoluam. properate dies. velociter anni

Currite. Ferte cito Machometia tēpora curſu
Interea mentes aliis ſolabimur egras
Supplicijs. Una noſtras in virgine vires
Experiamur. erit noſtri reuerentia forſan
Maior ab exemplo tali. Catharina ſuperbo
Noſtra ſupcilio damnat ſimulachra. deoſqꝫ
Impia ſubſannat. vultuqꝫ elata ſuperbo
Nō Venerē. nō Junonē. nō Palladā. nō me
(Tanta eſt impietas) minimo dignatᷣ honore
¶ Juppiter hec. magno ſocij fremuere tumultu
Exiliunt ire. furiarum incendia ſurgunt
Et furor ignitis oculis ⁊ fronte minaci
Excandeſcit vti rapidis cū ferrea flammis
Lamina cyclopū excoquitur flagrante camino
Juppiter vt vidit grauibꝰ cōmota querelis
Numina ſic iterum ſumptis ſermonibꝰ inquit
O ſoboles iucunda mihi plutonia coniunx
Perſephone quando miſeri te cura parentis
Sollicitat. cita tartareas deſcēde ſub vmbras
Plutonēqꝫ roges vnā mihi mittat herinnem
Tiſiphonen. aut Alecto. diramve Megeram
I pete nata virū grauibuſqꝫ obnitere verbis
Scis quibꝰ ille modis poſſit ꝙve ordine flecti
¶ Sic pater. hec reſpōſa dedit ꝓſerpina patri
O pater. heu fruſtra furias in tale vocamus
Obſequiū. poſcit furias ſibi tartarꝰ omēs
Nec ſatis officio faciūt. vix prima Neronem
Vix decium fratrēqꝫ Titi execrabile ſancta
De radice genus. colubris ⁊ verbere duro
Corripit. indomite pugnāt cū manibꝰ vmbre
Vociferant altum lateqꝫ incendia iactant
Tantꝰ in igne dolor. tāta impatientia flāme
Nāqꝫ ea gētiles aīas in tartara iactās

Non ſinit alterna requie miteſcere penam.
Et modo rhomanis thalamos ſtratūq; duob⁹
Regib⁹ imperij qui depoſuere labores
In medijs Cocyti vndis componit. ⁊ altum
Figit humi puteos. q̄tum marpeſia cautes
Ingenti vix mole nouem deſcenderet annis.
Altera iudeos recutiteq; improba gentis
Semina. q̄ poſtq; letali vulnera Chriſtū
Abſtulit antiqua nequicq; lege ſuperbit.
Curat. ⁊ ardētes mergit phlegetontꝭ in vndas.
Sepi⁹ herodes geminos natūq; patrēq;
Cedit. ⁊ inſertat candens in gutture ferrum.
Tertia chriſtigenas odijs infenſa cruentis
In vada prerupte celſo de vertice rupis
Precipites acherontis agit. verſoſq; ꝑ amnem
Luctificū trahit hammato ꝑ ſaxa tridente
Et iacit in flāmas. que deficientia nunq;
Sulfura depaſcunt. fumoq; inuoluit ⁊ igne
Sꝫ q̇d opus pater hic furijs. ego iuſſa capeſſaꝫ
Fare. patris nō eſt fas diſſimulare dolorem
Vade ait. ardētes quando Maxentius aras
Conſulit imperij cupidus ſub nocte ſilenti
Hec reſponſa dato. Nilum pete ſacra deorum
Reſtitue. ⁊ tanta tibi pro pietate coronam
Accipe. ⁊ inſignem fulgenti murice clauum
Sic ait. ⁊ nate pater inclinatus ad ora
Permulcenſq; caput dextra dedit oſcula fronti
¶ Perſephone mādata facit. coruiq; figuram
Induit. ⁊ tranans auras pernicib⁹ alis
Preterit hāmonis templū admirabile quondā
Dum Iouis imperiū maieſtatēq; colebant
Terrigene. a libycis quos noīa traxit harenis.
Iāq; tenet ſyrtes. facit hic breuis vnda vadoſuꝫ

Equor. ⁊ eſt ratib⁹ magnis impervia Tethys.
Tranſuolat inarimen eterno ardore coruſcã.
Que premit ingentẽ ſaxoſa mole Tiphœum.
Jam tenet italie littus. laviniaq̃ arva.
Intrat ad vrbanos ſtrepitus. ceſſaq̃ reſedit
Tarpei ſup arce iovis. populũq̃ patreſq̃
Et tria deſpiciens fora poſt delubra tonantis
Solis ad exortũ Rome decora alta ſuperbe
O caput o florens terreni gloria mundi
Dixit. vt excelſo tetigiſti vertice celum
Indigetes oblita tuos genioſq̃ lareſq̃
Atq̃ iovẽ ⁊ natos demens. ad inania Chriſti
Tã cito degeneras documẽta fideq̃ nefandã.
Sic ait. ⁊ Petrũ quater execrata. colũnam
Traiani que iuncta foro ſupeminet vrbi
Invo lat. ⁊ corvus iam deſinit eſſe. breuemq̃
Se trahit in nebulã. ⁊ Maxentia tecta ſubintrat
¶ Nox erat ⁊ phebe gelidis argentea bigis
Collis auentini ſummo de vertice tollens
Cornua luſtrabat radijs pallentib⁹ vrbem.
Impius ad magicas redijt Maxentius artes.
Cõbuſtiq̃ affert cineres infantis ad aram.
Conſulit exta. vocat manes. ⁊ numina lethes.
Nacta vias faciles ⁊ idonea tempora fraudi
Perſephone. cõmenta ſagax inſibulat aura
Pertenui. fibraſq̃ mouens felicia ſigna
Fingit. ⁊ inuoluit regis caput igne coruſco.
Subridens. alacri ſaliunt precordia plauſu
Principis. ⁊ totã trahit inter gaudia noctem.
¶ Jam parat ire viã pelago. iã ꝯcipit omnẽ
Trinacriã. creteq̃ domos. cyprũq̃ Rhodũq̃
Qua zephyris impulſus eat. qua claſſe latina
Vectus alexandri monſtratã annauiget vrbem.

Egregio s prima comites de pube quiritũ
Deligit. ⁊ fulget tyꝛijs aurata iuuentus
Veſtibꝰ cois rutilant ſegmenta lapillis.
Et vagina ſinu gladios hiacyntina pulchro
Claudit. ⁊ argentũ capulis effulget eburnis.
Septima conſurgens roſeis aurora capillis
Oceani pulchrũ caput extollebat ab vndis.
Cũ iam cõpoſitis ratibꝰ ventoqꝫ ſecundo
Littore ab auſonio ſoluens. peluſia tendit
Hoſtia. ⁊ illuſtres pompei funere campos.
Perſephone volat ante. fretũ ſpumãtibꝰ vndis
Liberat. ⁊ placido facilẽ facit equore curſum.
Nõ ſcythicus boreas illis nõ aphricus Auſter
Nõ oriens Eurus potuit ſpirare diebus.
Vix ſua ſubleni criſpabat tergora pontus
Applaudẽs zephyro. ⁊ ſceleri ſe accõmodat equor
¶ Optimus interea mẽtis deus auctor honeſte
Atqꝫ pudicicie cuſtos ne regia virgo
Circũuenta dolis ſubito labatur. ab alto
Premonet. ⁊ celeri tradit mãdata miniſtro.
Ille per immenſos celi glacialis ab ortu
Labit᷑ anfractus. penetranſqꝫ ꝑ aurea tauri
Cornua. pleiadũ flãmas reſtringit ⁊ ipſos
Preterit Errones ſeptẽ. triuieqꝫ ſub orbe
Accipit exiles raris ex ignibus artus.
Regia progenies cultu redimita pudico
Inter ſocraticos ⁊ quos academia quondã
Stoaqꝫ cecropijs libros de fontibꝰ hauſit
Clauſa latet modico picte teſtudinis antro.
Atqꝫ voluminibꝰ legum ſtipata duarum
Abſtruſos animo ſenſus voluebat ⁊ acris
Ingenij vegetas acies figebat in omne
Quod tenebris enigma latet. myſteria miris

Inuelata modis viſu penetrabit acuto
Quicquid ad ornatũ fidei exẽplaria ſancte
Greca ferunt animo vigili ꝯdebat ⁊ omnem
Aſſidui frugem ſtudij quaſi fertilis agri
Primitias. quaſi collectũ de ſordibꝰ aurum
Et quaſi fulgẽtes gangis de puluere gẽmas
Raſaqꝫ panchei duro de cortice tura
Roboris. ⁊ pinguẽ torto de candice myrrhã
Ad Chriſti delubra ferens Cape ſumme deoꝝ
Munera dicebat prime cape dona iuuente
Que tibi ꝑ ſteriles apis hec tua colligit agros
Primus Abel pingui coluit tua numina ſacro.
Melcheſedech panũ calathos ⁊ cymbia bacchi
Obtulit. Dabramus dulcẽ ſua gaudia natũ
At nos ſyncere tibi virginitatis honores
Collectoſqꝫ pia de ſedulitate legendi
Offerimꝰ flores. noſtra hec tibi munera ſunto
¶ Regia dũ tales voluit ſub pectore curas.
Et fugiens animo terras. celeſtia virgo
Cogitat. ecce noue lucis micat igneus ardor
Atqꝫ reꝑcuſſo paries ſplendore coruſcat
Aurate micuere trabes. micuere columne.
Et ſubitis viſum flãmis ardere lacunar
Nuncius emiſſo nitidis e nubibus ore
Regia progenies dixit. quia concipis alto
Corde deũ conciſa tibi conſortia diuum
Pone metũ. ſecura meas intellige voces
Ille ego qui Marie ſanctas orator ad aures
Ante fui. tibi de ſummo modo mittor olympo
Nã tibi poſt illã primi debentur honores
Inter virgineas acies albentia caſtra
Scis veteres odio lucis ſtudioqꝫ maligne
Mentis. ⁊ imperij vaneqꝫ libidine laudis

Diſſentire deos chriſto. ꝛ molimine magno
In mores certare bonos. nec poſſe nitorem
Ferre pudicicie. Clymenes corruptor apollo
Preſſit Ariſtei matrē. nymphāq; Dionem
Juppiter europā. Danaen. Aſopida. Ledam
Atq; Lycaonidē. Maiā. Bacchiq; parentē
Falcifer oceani natam. Minoida Bacchus
Perſephonē Pluto rapuit ſimoentis ad amnē
Congredit̄ Venus Anchiſe thetidoſq; cubile
Pelleus inceſtat rector neptunus aquaꝝ
Phorcida. Dedalidez fraudis furūq; magiſter
Mercuri⁹. Venerē Mauors. ꝛ Pallada frater
Polluit. Endimyon vultu. Pan vellere lunā
Jaſius Cererē. Nulla eſt ſine labe deorum
Progenies. niſi forte ſuū q̄ plangit Oſirim
Inachis arguto pellex iunonia ſiſtro
Et tibi virginitas iſtis odioſa parauit
Inſidias in te lōginqua a Thibridis vrbē
Et coniurata deſcendunt prelia Memphi
Nulla ſub indigno; virtus eſt principe tuta
Nulla ſub inceſto caſtis eſt gloria rege
Nā vitiȷs probitas ſemp̱ contraria. pacem
Neſcit. ꝛ hoſtiles dextra leuaq; cateruas
Suſtinet. illatoſq; parat ſe ſemp̱ ad ictus
In virtute labor. ſed in ipſo certa labore
Dona. fit ex operis merces. eterna reſurgit
De ſudore quies. ꝛ de merore voluptas
Nō habet ex om̄i numero plebiſq; patrūq;
Victricē niſi qui potuit certare coronam
Eſt multis certare datū. ſed vincere paucis
Atq; coronari ꝛ celebres vectare triūphos.
Quare age ſurgentes audaci naue procellas
Rumpe p̱ aduerſos aperi tua carbaſa fluctus

Nec ſtantes horreſce notos nec murmura ponti
Irato te crede mari. proramqꝫ patentes
Ad celi conuerte vias. reget ipſe per vndas
Temonem velumqꝫ deus. puppemqꝫ tenebit
Nec ſinet in ſcopulos fragilem tranare carinam
Semper olympiaca terram ſpeculatur ab arce
Et quoſcūqꝫ operi vidit ſe accingere ſancto
Numine preſenti deus adiuuat. odit inertes
Pugnam inuade. deo nil aſpirante timendum
Nuncius hec. humili facundia virginis ore.
Sic reſponſa dedit. Uobis ego numina grates
Non ſi vel totidem linguis quod dicitur Argus
Luminibus vidiſſe loquar perſoluere poſſim
Omnia vos homini vitamqꝫ alimentaqꝫ vite
Uos datis. ⁊ celi vos inſpiratis amorem
Blandicijſqꝫ rudes ad contemplanda leuatis
Aſtra animos. ⁊ opes veſtras monſtratis in ipſis
Ignibus. ⁊ celi ornatu mundiqꝫ decore
Perpetuo. noſtre ne forte libidine mentes
Se lutea immergant nequeantqꝫ attollere frontem
Ad celeſte bonum. noſtre vos cura ſalutis
Sollicitat. nec noſtra diu durare poteſtis.
Damna pati. veniamqꝫ datis peccantibus vltro
Me prope lactantem chariſqꝫ parentibus orbam
Ante puellaris q̄ꝫ vos agnoſceret etas
Cum neqꝫ fabar adhuc vos ſuſcepiſtis alendam
Propterea nunq̄ꝫ diuis ego tura piandis
Ulla dedi. nunq̄ꝫ fumantia vidimus exta
Sola dei mihi cura ſatis. mea tempore ab illo
Uirginitas addicta deo. votiſqꝫ vocata.
Palma triumphalis pugne. que ſanguine fuſo
Teſtificata thronum chriſti ſuper aſtra venirem
Miſcererqꝫ choris ſuperum. ſedemqꝫ beatam

Aetherea ſortita deo regna illa viderem
Aeternis congeſta bonis. viſuqꝫ tuerer
Perſpicuo qd certa fides ſed nubila monſtrat
Eſt amor iſte furor. quo tempore ſaucia longo
Nectar ⁊ ambroſiam ſitio. tantuſqꝫ medullis
Ardor ineſt. tantus celi calor oſſibus heſit
Ut mors nulla queat mihi formidanda videri
Sed iucunda magis. Cur non que pertulit Agnes
Jpſa feram: cur non Agates imitabile fatum
Lucia cuius erat. neqꝫ mens neqꝫ fortior etas
Vicit. ⁊ iſtarum felix trinacria palmas
Vidit Anaſtaſie tellus romana triumphis
Gaudet. ad iſtarum laudes ⁊ premia curro
Tu modo qui celo frueris diuine miniſter
Hec offer mea vota deo. ſi fauerit omne
Dulce mihi certamen erit. pugnamqꝫ diemqꝫ
Arbitrio negat ipſe ſuo. ſic fata nitentes
Vertit humi aſſurgens oculos. Se nuncius albam
Colligit in nubem. ſparſiſqꝫ per atria ſuccis
Ambroſie. dulci repetiuit ſydera cantu.
¶ Jam vada Carpathie ſulcans Maxentius vnde
Littus Alexandri ⁊ phariam procul aſpicit arcem
Atqꝫ ait o magni ſalue pars tertia mundi
Aphrica. romanam fauſto precor omine claſſem
Aſpice. ⁊ auſpicijs diuum mea vota tuorum
Proſpera ſint. ſaluete dei. ſaluete penates
Jndigene. quos relligio longeua parentum
Excoluit. ſacros venio laturus honores
Sancta ſequor mandata Jouis. rituſqꝫ reporto
Diuinos ⁊ templa deum. dum talia fatur
Preuolat ad portum remis ventoqꝫ ſecundo
Cymba leuis. volucrem curſu que vinceret eurum
Summaqꝫ vix recto fugiens mouet equora lapſu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fama per egyptum pretentaqꝫ littora ponto
Nunciat aduenisſerates ex vrbe latina
Aduectumqꝫ freto romani regis alumnum
Cuncta magiſtratus lucem poſuere per illam
Publica. pellei priuata negocia ciues.
Feſta dies agitur. nitidis vrbana iuuentus
Veſtibus et multo teſtantur gaudia cultu.
Turba coit. pictis oneratur puppibus equor
Murice vela rubent. radiant ampluſtria cocco.
Ducitur elato gradiens Maxentius ore
Splendidus ⁊ gemmis ⁊ multo lucidus auro.
Auſonij libiciqꝫ ſimul glomerantur vtrinqꝫ
Siſtra ſonant. altis lucent in turribus ignes
Menia fronde virent. ⁊ odoro gramine porte
¶ Altera lux ortum Caſij de vertice ſummo
Extulerat ſolem. cum rex iam ſqualida multo
Templa ſitu iubet ornari. vetereſqꝫ per aras
Purpureos ſpargi flores. ⁊ rite parari
Danda Ecatumbeo que ſunt animalia ſacro
Chriſtigene ſoliti crudis preda eſſe tyrannis
Contremuere metu. ⁊ multi petiere ſyenem
Thebeoſqꝫ lares. ⁊ Cyrenaica regna
Ethiopumqꝫ domos ⁊ littora gentis Erembe.
Sicut vbi mites aquilam videre columbe
Nare per aereos tractus. nec pinguia rura
Nec placide retinent epule. timor omnia vincit
Pars latet vmbroſo ſaltu. pars alta volatu
Tecta petit. pars montanis caua ſaxa latebris.
Et pennis percuſſa ſonat pernicibus aura.
Tunc eſt cepta coli regio deſerta. ſolumqꝫ
Solidus exuſtum aſſiduis. ⁊ rura venenis
Inclyta ⁊ arentes terre ſitientis harene
Soliuagus vaſtam petijt tum paulus eremum

Hiſpidus ⁊ fulue tectus velamine palme
Cuius ad ignotas veniens Antonius edes
Incidit in ſatyros. mox flebi'e corpus amici
Condidit. ⁊ ſiccis vitam traduxit in aruis
Inter harenicolas colubros ⁊ ſeua leonum
Semina graminibus veſcens ⁊ fluminis vnda
Templa coronantur ſertis. ⁊ funibus actis
Barbara ſuſpendunt aulea ſub aſpide curua
Pinguia mittuntur docti per rura miniſtri
Que vicina bibunt piſcoſi flumina Nili
Atqꝫ papyrifere dulcem Tritonidis vndam
Et qua ſe viridi Mareotis harundine cingit
Adducant delecta boum qui corpora centum
Interea cultros pateraſqꝫ ⁊ tura ſacerdos
Expedit ⁊ ſacras longo locat ordine veſtes.
Antea neglectus meliori paſcitur Apis
Gramine ⁊ extento iacet ad preſepia ventre.
¶ Iamqꝫ dies ſolennis adeſt. mugitibus aure
Per fora perqꝫ vias vrbis per compita clamant.
Aera crepant. clangore tubę complentur acuto.
Conſequitur vulgi ſtrepitus turbęqꝫ frequentis
Murmur. ⁊ inflato reſonat caua tibia buxo.
Clarus ad illuſtres graditur Maxentius aras.
Et circum pellea micat romanaqꝫ pubꝭ
Angelicas alto voces ſub corde volutans
Coſtis. adeſſe videt ſperate tempora pugne
Et q̄ꝫq̄ꝫ immota maneat ſententia mente
Atqꝫ adamanteis vinclis frenata libido
Inuita ratione ſcelus non audeat vllum
Ora tamen meditans duri furibunda tyranni
Atqꝫ graues penas horret. ceu ſaxea moles
Pulſa freto ⁊ circum ſalientibus equoris vndis
Vapulat atqꝫ tremit. ſed non veſtigia mutat

¶ Dūqꝫ animus tanto curaꝝ impellitꝰ eſtu
Nō procul ecce due vultu inceſſuqꝫ verendo
Feminee ſpecies adſunt. quaꝝ vna Cybeli
Perſimilis turrita caput ſtellataqꝫ frontem
Igneus ore color poſſit qui pana referre.
Per fora ꝑuolitant nebule. gyroqꝫ volucres
Aereo ludunt ⁊ verſicoloribus alis
Equora vēter habet. pictaſqꝫ ꝑ equora puppes.
Squāmiferiqꝫ greges flexis ꝑ cerula caudis
Arrectiſqꝫ natant pinnis. ludoqꝫ fugaci
Per ſcopulos ⁊ ſaxa volant viridēqꝫ ꝑ algam.
Inferius campi herboſi. curuataqꝫ ripis
Flumina ⁊ excelſi nemoroſa cacumina montes
Uertice inequali. pecudes. humanaqꝫ tecta.
Atqꝫ ꝑ incultos ſaltus atqꝫ inuia rura
Auriti lepores. ⁊ flexis cornibus errant
Dorcades. ⁊ timidi damme ramoſaqꝫ cerui
Cornua tollentes vacuis ſpaciantꝰ in agris
¶ Hec rerū natura parens. q̄ virginis ora
Dulcibꝰ amplectēs vlnis. Quid mergerꝭ inq̄t.
Filia tot curis ⁊ ſollicitudine tanta?
Contēplare meū decꝰ ⁊ mea maxima regna.
Sanctaqꝫ de noſtris opibꝰ velut ante ſolebas
Expulſis animo curis ſolatia carpe.
Terra. fretū. nubes. flāme. verſatile celum.
Cūcta meis ſubſunt regnis. ego cūcta guberno.
Elige de tantis aliquid qđ mulceat egram
Quid tuus hic meror ſibi vult. q̄d dulcia miris
Pallent ora modis. ⁊ quo tua forma receſſit.
Pone deum curas. diui ſua ſydera ſeruent.
Ambroſia viuant. ⁊ delectentur olympo
Terra ſubeſt homini. terrena negocia tracta
Nec fines fruſtra hūanos excedere tēta. 

Tu ne potes volucrū ꝑ iter tranare: ſub vndis
Degere. ⁊ obſcuris inter delphinas in antris.
Syrenes vbi ſunt ⁊ inertia corpora phoce.
Ut tibi ꝑ ſpelea maris ꝑ luſtra ferarum
Sic quoqꝫ ꝑ celos inter conſortia diuum
Legibus eternis vita hoſpitiūqꝫ negatur.
Nec fas eſt homini celum ſperare. deorum
Regna cupis: ſedēqꝫ tibi ꝓmittis olympi:
Cum neqꝫ brutoꝝ latebris aſſueſcere poſſis.
Omnia limitibus certis ego ſola diremi.
Quos tranſire nefas. ea vota ſuꝑflua pone.
Sit tibi cura decor. tua ſit tibi cura venuſtas
Ingenio condita meo dum fingere tento
Calliopes oculos. ⁊ virginis ora Meduſe.
Utere delicijs. ⁊ ne contemne iuuentam.
Nec te finge deām. ſed te mortalibꝫ equa.
Sic natura parens triſtem ſolata puellam.
¶ Altera que tales paulū contata loquelas
Pauſerat. ⁊ vafro greſſum ſuſpēderat aſtu
Affuit. Aurati crines. frons lactea. fulgent
Lucifero ſimiles oculi. rubicūda colorat
Lactentes aurora genas. per eburnea colla
Ceſaries emiſſa fluit. toga cetera veſtit
Aurea. que tracto verrebat ſyrmate campum.
Celeſtis nitet ore decor. ſparguntur odores
Ambroſiȳ. crediqꝫ nequit mortalis in illa
Spiritꝰ. aut numē vl' nō ſine numine imago.
Textus inaurate chlamydi deſcenſus in aſtris
Prolis olympiace. ſtygios ingreſſus ad amnes.
Ignea linguaꝝ ſpecies. qua ſpiritus ingens
Intonuit ſuper ora virum montiſqꝫ relicto
Uertice ſyderea͂ chriſtus remeabat in arcem
Uictor ⁊ euulſe ceco plutonis ab antro

Patrum anime niueis indute nubibꝰ ibant
Aera ꝑ liquidũ. terram predatus ⁊ Orcum
Rex ſuperũ tali repetebat regna triumpho:
Gratia nomen habet. cuius preſtantia forme
Nature exemplo viſa obſcurare decorem.
Nõ aliter q̃ ſol maiori ſydera luce
Umbrat. ⁊ exoriẽs alios exterminat ignes.
Hec igitur ſic orſa loqui. Quid virginis altũ
Deijcis in terras animũ natura ſuperbo
Ceca ſupcilioꝝ rerum te inſana parentem
Dicis. ⁊ ignoras a quo tua venit origo.
Nec noſti genus ipſa tuũ. tua ſigna ſequuta
Nicomachi ꝓles ſtellis erymanthidos vrſe
Nauigat amiſſis. ⁊ naufraga ſepius arctas
Flante ꝓcelloſo borea ſymplegadas intrat.
Nãq; aliud vite genus immortalis olympo
Noluit eſſe homini. ſed nec te credidit ortam
Nec me vidit inops lucis. mutabile corpus
Contẽplata deum ſicco pertranſijt ore.
Auſpicijs hanc vſq; tuis peruenit ad oram.
Hic ſua ſopito detraxit carbaſa vento.
Dic vbi ſi noſti comites. primeuaq; chriſti
Caſtra. triũphaleſq; viri. qui ſanguine claras
Emiſere animas. ⁊ qui vicere tyrannos.
Subiecere deo populos. tibi ſola reliqui
Corpora ⁊ immũdos cineres ⁊ tabida mẽbra.
Ipſa coronatas celeſti lumine mentes
In ſublime tuli. Quare iam deſine nugis
¶ Talibꝰ illuſtres animos inuoluere ceca
Nube tue noctis. verſis ita fata receſſit
Paſſibus. at plutei lato natura ſub orbe
Uirginis in thalamo fertur liquiſſe pauorem.
Cuius vt agnouit fraudes abſcõdit amorem

Gratia diſcedens eius qui frangeret omne
Uirus. ꝛ auxilio ceptis ingentibus eſſet.
Protulit ora pauor gelide ſub imagine mortis
Pallidus. ꝛ curuo contractus pectora dorſo.
Cecus. ꝛ elinguis. trepidꝰ. vix oſſibꝰ herens.
Dentibus exertis trunca deformia nare
Ora gerens. ꝛ crure labans. ꝛ frigore torpens.
Cuius vt horrificā effigiem ſtygiūq; colorem
Et teſtudineos virgo perterrita greſſus
Uidit ab aſpectu monſtri ꝯuerſa recondit
Lumina. ꝛ adnoto texit velamine frontem
Tum validis ardēs animis alacriq; iuuentā
Strenuus ꝛ grato pretendens ore pudorem
Uirgineū pictaſq; ferens in pectore flāmas.
In mediū prorupit amor. cornuq; repertam
Corripit. ꝛ monſtri repetito verbere terga
Pulſat ꝛ iniectis agit extra limina plantis.
Uociferās. ꝛ fuſte petens caput ora manuſq;
Nō ſecus ac fertur ſi vera eſt fabula quondam
Infernū domuiſſe canem Tirinthius heros.
Calcitrat ꝛ manibꝰ tenſis ꝯuertere cornum
Nititur ꝛ faciem monſtrū defendere ab ictu
Acrius inſtat amor. tetroq; in puluere verſum.
Execrat indignans. limoq; infigit aquoſo
Mēbraq; cenoſo ſepelit moribūda ſepulchro

¶ Secūde Parthenices liber ſecūdus

Letior ꝛ pulſa victrix formidine ꝟgo
Ocyꝰ ad tēplū famulis parat ire vocatis
Nec mora. feſtinat oēs ꝛ ſedula nutrix
Jam lōgeua ligat crines ꝛ virginis ora
Pallida nocturne fumoq; afflata lucerne
Materna pietate lauat. celereſq; miniſtre
Depoſitas veſtes adhibent. tyriūq; ruborem